

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst oficjalny

Commune incliti Poloniae Regni privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque, ed. I. Lascius, Cracoviae 1506, k. 183v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 52 [Gn. 46]

[52] [k. 183v] De muliere, que et qualia bona a viro suo poterit habere, etiam contra voluntatem heredum viri.

Si vir uxori sue sua edificia dederit, que super bona censualia edificata sunt, coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore sue vite, et inducit eam in possessionem, et si discedit ab hac luce sine prole, si quod heres suus super bona sua evadere voluerit loqui post mortem viri, nihil in eis poterit optinere, si mulier protestata fuerit, quod sibi datum fuerit.

Si autem fundus seu apparatus et edificia viri proprium fuerit, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donatio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito, vel coram iudice et scabinis, nisi suus heres contradicat.

Si autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque domini proprietatis consensu, in cuius bonis sunt.

Si vero vir mercimonia aut alia bona mobilia habuerit, que ex illis bonis, que ex paterna successione ad eum devoluta sunt, emerit, hec sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis.

Si autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna accreverunt cum sua uxore, illa potest dare in valitudine vite sue cuicunque placet, cuiuslibet sine contradictione de iure.

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]